

Hunc sancta Patriarchum  
poposcerat caterva,  
Lamechus hunc Noachum,  
optarat advenire,  
65. fidelis hunc Abramus,  
Abramides Isacus,  
Isacides Jacobus,  
Jacobides Josephus,  
Mosesque conspicatus  
70. ardere per frutetum,  
Jesseides propheta,  
& reliqui prophetae,  
quos enthearat ardor  
salutis affuturae.  
75. Ah! mitte, Sancte, mitte  
originem salutis,  
& principem salutis,  
& vindicem salutis,  
fontem benignitatis,  
80. rivum beatitatis,  
per aetheris meatus,  
per nubium recessus,  
per rumpe, rumpe tardas  
moras, amice JESU,  
85. JESU Redemptor orbis,  
IMMANUEL venito,  
germen Davidis, altae  
cedri eminens cacumen,  
ostendito benignum  
90. vultus Tui decorem,  
pacis Tuae vigorem,  
virtutum nitorem,  
deside-

4.  
desiderationis  
& expetitionis  
95. & expeditioris  
salutis une mysta,  
impleto vota nostra,  
profusa vota cordis  
suspirijs anhelis,  
100. trepidantiore cursu,  
calentiore motu,  
& latiore plausu,  
vehementiore planctu,  
& clariore cantu.  
150. Venis, amice frater,  
cum jubilo piorum,  
cum gaudio bonorum,  
cum cantico angelorum,  
thronorum ovatione,  
110. congratulatione,  
salu—que—tatione:  
Prognasceris puellus  
vilissimus, misellus  
homuncio hunc in orbem  
115. in urbe, quam vetusti  
a pane nuncupare  
consueverant coloni.  
Nam panis atque manna  
coelestis es, cibusque  
120. famelicos homullos  
& pane suavitatis,  
& pane dulcitatibus,  
& pane sanitatis,  
& pane firmitatis,

&